

Ego primum atque Cæsar Pragam venerit, vel etiam si Viennæ manserit, curabo ut per amicos meos urgeatur privilegium, nam statim ad Wackerium scripsi, sed qui literas deportavit, nondum Lincium est reversus, & diebus ante & post memoriam passionis Domini nulla ratio est cujusque negotii expediendi. Vale, vir amicissime, & me amare perge. Lincii d. 29. Aprilis, anno 1615.

*J. Kepplerus Matthiæ Berneggero*

S. P. D.

**C**Larissime & amicissime. Literas tuas à Nonnemanno Argentinenſi accepi ante duos circiter menses, eiq; consultor & promotor fui, quantum in me erat. Mertelii negotium diligentissime per literas apud sollicitatorem meorum negotiorum Nob. D. Thomam Majer, Ordd. Austriae supra Anasum Agentem in aula

B. 3

Cæsa-